Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Beati qui habitant in domo tua. in tabernaculo non habitamus sed peregrinamur. et in patria quadiu sumus habitamus sed peregrinamur. de patria enim transimus in domo. Cum autem in domo quid dicit. beati qui habitant in domo tua. domus quae habet fundamentum. quid de domo nobis agere nisi licet de patria licet.

§ In valle lacrimarum in loco quem posuit ubi dicit in valle necare. et contrario intellegum et montem, Ergo quicumque disponet ascensiones in corde suo ubi posuit in valle lacrimarum. Considerandum quod in valle sumus. non sum in monte non sum in paradiso In paradisi altitudine sed in humilitate terrae maledictae terrae maledictae quae nobis tribulos et spinas germinat quae cibi serpentis est. de quadam Adam tractat et inter alios.

Quadiu ergo sum in valle lacrimarum non debemus ridere sed flere. propterea dicitur. beati qui flent qui ipsi ridebunt

Beati flentes interdum ergo sum in valle lacrimarum. et recte hoc lacrimarum est. negandum non debemus ridere. quamhoc recte et hoc tempus est. lacrimarum illud gaudium in valle lacrimarum in loco quem posuit.

Quid est. quod dicit in loco quem posuit in loco hoc in valle lacrimarum in loco quem posuit. dicit nobis posuit adesse tamen ut semper in hoc pugnemus

Locutus ergo iste hoc in valle lacrimarum in pacis non recurrentis sed certaminis atque bellorum.

Beatus uir cuius in auxilium abstet. nos quidem desideramus tabernacula et atria et domum tuam sed hoc ipsum ut capere possimus non in futuris nisi sed auxilium tui. Ascensiones in corde suo disposuit quidisposuit ascensiones in corde suo beatus uir auxilium a domino. Ille disposuit ascensiones in corde suo. Quicumque scit est cotidie in priora agendi tur et praeterita obliuiscitur.

Propterea dicuntur et in psalmis graduum quindecim et primus dicitur. ad dominum cum tribularer clamaui. et in secundo. leuaui oculos meos ad montes unde ueniet auxilium mihi. et in tertio. laetatus sum in his quae dicta sunt mihi et semper procedit et proficit et ascendit in sublimiora. quod dicit hoc in ascensiones in corde suo disposuit.

Felix est. qui cotidie proficit qui non residet aut quid hesterno fecerit. sed quid hodie faciat et proficiat scit. Ascensiones in corde suo ponit.